

nus Lutegerus capellanus, Conradus Budisinensis canonicus, Nicolaus notarius domini praepositi maioris Misnensis, Albertus plebanus de Marcgrevinhain; milites dominus Johannes burgravius de Witin, dominus Wignandus de Herstein, dominus Heidenricus de Gana, dominus Conradus de Luppe, dominus Cristanus de Buntinse, dominus Burgoldus de Elsterberc, dominus Matheus, Henricus de Muzswiz et alii quam plures.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem grossen Reitersiegel des Markgrafen an roth-, grün- und braunseidenen Fäden.

No. 11. 1266. 12. Jan.

B. Albrecht und der Probst, Dechant u. Scholasticus bestätigen die vom Canonicus Conrad von Boritz u. dessen Bruder Ludwig gemachte Schenkung mehrerer Grundstücke in Cöln an das Hospital zu Meissen.

In nomine domini amen. Nos Albertus dei gratia Misnensis episcopus, C. praepositus, G. decanus, C. scolasticus — notum esse cupimus —, quod Conradus dictus de Boruz Misnensis ecclesiae canonicus et Lodowicus frater eius mansum suum situm in Colonia, qui sub censu V solidorum et sex denariorum loco servitii a domino Gotscalco milite de Colonia iure hereditario detinetur, et quatuor agros sitos ibidem, quos a domino Wienando de Herstein eodem iure sub censu duorum solidorum possidebant, item sex areas sitas ibidem iuxta allodium hospitalis, de quibus Haspan respondet in V sol. annuatim, tradiderunt seu donaverunt pro salute suarum animarum hospitali Misnensi habito super eo consensu dominorum praedictorum cum honore supradicto et omni utilitate, quae inest vel inesse poterit in futurum, perpetuo possidenda, renunciantes in solidum dicti fratres in his omnibus supradictis omni iuris beneficio eis contra dictam donationem competente, hoc solum sibi nihilominus reservato, ut eisdem quamdiu vixerint, vel alteri eorum reliquo decedente duo maldaria siliginis, unum ordeï, duo avenae a provitore dicti hospitalis qui pro tempore fuerit annis singulis de praedictis omnibus libere persolvantur, illo insuper adiecto, ut post decessum amborum fratrum praedictorum duo pulli quolibet die dominico et tempore quadragesimae duo talanta¹⁾ amicalarum similiter qualibet die dominico infirmis in iam dicto hospitali positis perpetuo ministrentur. Ne igitur supradicta omnia ab aliquo infirmari in posterum valeant vel mutari, praesens scriptum desuper confectum sigillorum nostrorum munimine in testimonium roboramus. Testes huius sunt dominus Albertus cellerarius dictus de Deoblin, dominus Jo. praepositus Wurcinensis, dominus S. dictus capellanus, canonici Misnenses, Jo. scolasticus Wurcinensis, dominus C. dictus de Burne, dominus Hugo, dominus C. dictus Thuringus vicarii Misnenses et alii fide digni. Actum anno domini M°. CC°. LXVI°. pridie Idus Januarii.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit den wohl erhaltenen Siegeln des B. Albert, des Probsts Conrad, des Decans Godescalk und des Scholasticus Conrad an Pergamentstreifen.

¹⁾ Talenta wie S. 4. molandina für molendina; talentum hier wahrscheinlich gleichbedeutend mit marca, vom Münzwesen (vgl. Bd. 1. S. 158. 229 u. 242) auf eine Handelswaare übergetragen.